

Alessandro e Riccardo di Chiaromonte

F 16

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Alessandro e Riccardo di Chiaromonte

F 16

1120-07

Signum manus Alessandro di Chiaromonte de Claromonte # Signum manus Riccardo di Chiaromonte fratris eius. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Alessandro di Chiaromonte de Claromonte et Riccardo di Chiaromonte frater eius, qui signa venerandae et vivificae crucis propria manu exaravimus, sed nomina et cognomina manu notarii nostri Menna, notaio ,

offerimus venerabili ecclesiae Dominae nostrae Deiparae et semper Virginis Mariae de Cyr-Zosimo possessiones his terminis comprehensas: principium fit a loco dicto Nuda, località, et ascendit sicut vadit via, quae ducit ad torrentem Ceco, torrente sursum ad dexteram et ad occidentem, et iungitur loco dicto Putzirra, località, et inde vadit et erumpit ad rivum Melisso, ruscello, et ut descendit Melisso, ruscello et effunditur in flumen Sarmentum, et sicut descendit flumen Sarmentum et erumpit prope finem rivi Capillo, ruscello et iungitur aliis possessionibus Sanctae ecclesiae Cyr-Zosimi, et clauduntur. Harum vero possessionum tenimentum offerimus et confirmamus supradictae ecclesiae S. Mariae de Cyr-Zosimo et fratribus, qui sacrum ministerium praedictae ecclesiae obeunt et exercent, pro redemptione et remissione nostra nostrorumque parentum, ut invenire valeamus misericordiam in die iudicii. Mandamus autem ut nemo infirmare audeat hanc nostrum oblaionem, nec nos ipsi, nec strategus, nec turmarcha, nec alius quisquam nostrae dictione subiectus; et qui praesumpserit irritam facere hanc nostrum gratuitam concessionem, quam offerimus supradictae ecclesiae Sanctissimae Deiparae maledictus sit a Domino Deo

omnipotente, a tercentis octo et decem Sanctis divinis Patribus, et pars eius sit cum Iuda Iscariota proditore sui Domini et Magistri. Et si ministri nostri, sive nostri magistratus tentaverint hanc oblationem infringere, et Sanctam ecclesiam his possessionibus exturbare, Digna poena eos mulctabimus, tanquam violatores nostrorum praeceptorum et instrumenti; quod ad firmam fidem et robur nostra solita bulla cerea munivimus,

mense iulio, indictione XIV, anno 6629. Hoc eodem mense suprascripto dedicate est Sancta ecclesia Immaculae Deiparae et semper Virginis Mariae a Giovanni di Turma, vescovo di Tursi episcopo Tursici, et a Vitale, vescovo di Cassano episcopo Cassiani ad nostram requisitionem; et ideo hanc concessionem, ut supra dictum est, obtulimus praedictae Sanctae ecclesiae, praesentibus subscriptis fide dignis testibus. # Giovanni di Ullano de Ullano testis praesens subsignavi manu propria venerandam crucem. # Sarlo di Mattollio Caballarius et habitator Sinesio testis subsignavi manu mea venerandam crucem. # Pietro Cambrilingo et habitator Claromontis testis subsignavi manu propria venerandam crucem.